

*Viggen*  
D. A. G. 10.  
**SOCRATES  
PHILOSOPHIAM E  
COELO DEVOCANS,**

SIVE DE  
**PHILOSOPHIÆ PRACTICÆ  
STUDIO ACRITER EXCOLENDO**

**DISSERTATIO PHILOSOPHICA  
GRADUALIS,**

QUAM,  
*Consent. Ampl. Facult. Philos. in Acad. Reg. Aboëns.*

**PRÆSIDE,**

**VIRO CELEBERRIMO,**

**D<sup>N</sup>. MAG. JACOBO  
HAARTMAN,**

*Philos. & Hist. Litt. PROFESS. Reg. & Extraord.*

*Publice ventilandam modeste sistit*

**ERICUS HÖÖK,**

*HELSINGFORSIA - NYLANDUS.*

*In Audit. Maj. ad diem XXII. Jul. MDCCLVII.*

*H. P. M. S.*

---

*ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL,*

\*\*\*

\*\*

\*\*\*

Cicero Tusc. Quæst. L. V. c. 4.

**S**ed ab antiqua Philosophia usq; ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagora discipulum, audierat, numeri, motusq; tractabantur, & unde omnia orirentur, quoque recederent: studiosiq; ab his siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur, & cuncta cœlestia. Socrates autem primus Philosophiam devocavit e cœlo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & cœgit de vita, & moribus, rebusq; bonis, & malis querere.

VIRO Amplissimo atque Celeberrimo,

**D: NO P E T R O  
K A L M,**

Oeconomix PROFESSORI Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient. Svec. ac Societatis Litterariæ Upsal. Membro Incito, Facult. Philos. h. t. Decano maxime Spectabili.

**I**N variis versatum esse scientiis, est laudabile; iis vero inprimis studiis qui suam collocant operam, quibus salus Patriæ promovetur, duplici honore digni sunt censendi. Eruditionem Tuam, Vir Amplissime, summam non solum celebrat Patria, sed extera etiam ora. Quod nempe salutem publicam strenue promovere adlaboras, eo ipso amor & delictum es omnium, qui eidem bene cupiunt. Glorietur diu Gallia de suo *Tournefortio*, de *Baubino* Germania, Anglia de *Rajo*, Batavia de *Bærhavio*; Te nosmet nostris in oris suspicimus, ceu præcipuum *Linnei* Nostri Parastatam. Tu heic incoepisti fere & perfecisti. Quis majora pericula subiit? Quis itinera perfecit longiora? Tibi non vetus sufficiebat orbis, sed novus etiam curiosæ *Tue* indagini erat subjiciendus. Sed quid? An merito-

meritorum *Tuorum*, quæ jam ante hæc æternitati sunt consecrata, præconem agam? Statuas *Tibi* jam erectas conspicimus vivas, quas renovabit posteritas; plantas nimirum, quas per utrasque orbis partes collegisti & detexisti. Mihi vero sufficit gratiæ & benevolentia *Tua* documenta deprædicare, qualia eo temporis momento, quo ad Regiam hancce Academiam accessi, & *Te, Amplissime Vir*, propius mihi venerari licuit, in me existare voluisti maxima. Sed non in me solum, verum etiam in eos, qui meæ fidei & manufectioni qualicunque commissi fuerunt, eundem favorem benigne prorogasti. *Tibi* etenim progressus nostros in scientia Naturali adscribimus, adscribentque ulterius, quibus ex penu isto uberrimo proficere porro licuerit. Cumque nullomodo gratiam pro tantis beneficiis referre queam, calidissima allevare vota non intermittam, velit Supremum Numen *Te, Amplissime Vir*, omnigena felicitate beatum in Nestoreos annos conservare; seraque sit illa dies, qua fulgens adeo sidus occidisse, Patria, Respublica Litteraria, præclarissima Familia, clientesque denique omnes desiderant, lugeant, deplorentque. Hæc votorum erit summa, quoad vixero.

Amplissimi NOMINIS TUI

*multo humilissimus*  
ERICUS HÖÖK.

Enkje: Fru Rådmanstän/  
Wäl: Åhreborna och Dygd: Ädla,  
Fru ANNA MARGAR.  
CLAYHILLS,

Sunstige Synnarinna.

**S**Öwändigheten af dygde: öfningens ifrigare drift, har varit et föremål af närwarande menlösa Arbete. Dygden nämligen, som gjör at Dygd: Ädla Fruen allmänt wördas för prydnad ibland Könet, och för hwars skull Des wänner fäst sin upmärksamhet på Fru Rådmanstän, såsom et följdwardt Dygde: mönster. Et så wärdigt namn har fördenckfull äfwen jag utsett mig, til en jir och prydnad wid detta tilfälle. Och hoppas, at Dygd: Ädla Fruen af wauelig godhet och ynnest, ej lärer tyda mig detta driftiga företagande til någon last. Under den tid Dygd: Ädla Fruns lifs: planta, Des käraste Son, varit mig ansötrödd; en Son, som för des utmärkta egenkaper förtjenar allas wälaktning, och des dygd allas kärlek: har jag rönt flere wedermålen, af alt hwad ynnest och bewägenhet heta kan. Uptag då desse blad, som et prof af min brinnande ärkänsla, och låt hwar och en rad tolka min oföränderliga wördnad. Allmakten bekröne Dygd: Ädla Fruen, med så mycken wälsignelse, för de många mig bewissta wälgjärningar, som jag den troget af högden utmanar: då är jag försäkrad, at Des dagar blifwa många och sälla. Framhärdat

Dygd: Ädla Fruns

Ödmjukt tjenare  
ERIC HÖÖK.

Råd- och Handelsmannen  
I Stapel-Staden Helsingfors,  
Sögattad

Herr **ZACHRIS  
GOVINIUS.**

Handelsmannen dersamma stades/  
Sög-Wälattad

Herr **HENRIC JACOB SILIAKS.**

Handelsmannen  
I Stapel-Staden Fredrichshamn,  
Sög-Wälattad

Herr **JOBST FABRITIUS.**

Mine Högtåhrade Gynnare.

**S** Allgärningar fordra årkänsla. I, Mine Herrar, hafwen beha-  
gat på flera sätt, betyga emot mig Eder ynnest och wälwilja,  
hvilken jag dock ej på annat sätt kan åstjerna, än at jag up-  
offrar Eder dessa rader. Wore ädla sinnen ålskare af sit ros,  
wore här wäl et önskadet tilfälle för mig, at lemna Eder det beröm, som  
I allmänt, med högsta fog, af Eder kända upbåren. Men jag lemnar  
det nu ordrdt, och stannar allenast i blott önskan: HERren låte Eder  
njuta all self-begärlig fällhet under Eder wondel, i detta förgängeliga,  
tills I sids, med härlighe cues oförwanskelige krona krönte warden. Jag  
har den åhtran at lesiwa

Mine Herrars

börsamste tjena:e  
ERIC HÖÖK.

ERIC HÖÖK

Handelsmannen  
I Stapel-Staden Fredrichshamn,  
Sög-Wälattad

Herr **MAGNUS  
GJÖSLING,**

Mine Högtåhrade Patron och Gynnare.

**S** Wettenskapets nytta kniflar nu icke mer wår uplysta tid. Man  
anser dem nu för ljus af olika lynne, som hwart på sit sätt fullkom-  
na den glants, hwaraf Riken måst lysa. Så sant det är, så owe-  
dersägeligt är det ock, at den ena Wettenskapen wid utöfningen til-  
kendar sina ålskare mer, än en annan, nytta. Men skal en Wettenkaps  
förträffelighet beräknas efter des nytta, så ser ju redan hwar och en, hvil-  
ket rum den Moraliske bör til-årkännas, som wisar huru man skal blifwa  
delaktig af sann lycksalighet. Denne Wettenkaps föremål, så wida hon  
efter blotta förnuftet betraktas, är ju den naturliga Lagens behöriga efter-  
lesnad, genom en samfällig dygd; naturliga Lagens ändamål är Männis-  
kans fullkomlighet, och påföljden af fullkomligheten är lycksalighet; så at i  
den möhn Människan lesiwer enkelt den naturliga Lagen, i den möhn är hon  
ock lycksalig. Nu, ehuruwål Människorna äga förmåga at se bandet emel-  
tan lycksaligheten och dygde-öfningen, falla de dock på allehanda afwägar,  
och föreställa sig lycksaligheten hwar efter sin smak. En wallustig menar sig  
då wara lycksalig, när han får följa sina snubba lustar. En girig kätter sit  
högsta goda i penningar och ägodelar, dem han med rätt och orätt kan hin-  
na med at samla; och så widare. Men som Människornas olycksalighet, i  
skället för en inbillad lycksalighet, är en fäler påföljd deraf, så ses otwun-  
git, huru nödigt det är, at den Wettenskapen ifrigare drifwes, som före-  
står bote-medel häremot. Och är det så mycket nödigare i våra tider, då  
oddyden redan tyckes wunnit burkay, och förbårswade seder blifwa allmänt  
ålskade och siddte. Här på sistas med närwarande ringa Academiska Arbe-  
te, hwilket jag nu har förmöhn Min Herre at upoffra och tilskrifwa. Och  
gör jag det så mycket håldre, som jag med oro länge afbidat den dagens  
uppging, då jag sinne allmänt betyga min årkänsumma Högtaktning, hwaraf  
mit

mit inre för Min Herres rådes, i anseende till de mig på mångfaldt sätt be-  
 wista wälgjörningar, dem jag ej förstår at aftjena. Såsom Min Herre  
 de Wetenskapers älskare, uti hwilka Han och äger den insigt, som hos så  
 af Des stånd och likar finnes: så gör och Min Herre Sig et nöje af, at  
 med kärlet om: arna deras Idkare. Mig har i synnerhet den lyckan händt,  
 at wara et mål för Min Herres godhet. Jag blef icke så snart antagen  
 i Min Herres Hederwärda Hus, och Des wälartade Söners handledning  
 mig anförtrödd, som icke jag swarare fädt röna flera prof af Min Herres  
 godhet. De hänleda wäl icke sit naturliga lif ifrån Min Herre, dock har  
 en naturlig fader ej funnat utösa flera wedermålen af sin wälwilja, emot si-  
 na barn. Flere åhr, of hwilka flödre delen blifwit tilbrakte wid detta Lär-  
 doms-högskole, skulle tyckas warit långa nog at förorsaka ledsnad, wid dry-  
 ga omsörningar, som der til upgå måste; Men Eder ömhet har ej tröt-  
 tats: den har gifwit dageliga prof af sin tilwärt. I hafwen blottadt Eder  
 på Medel at rikta Eder Barn. I hällen och ännu all omsörnad öspard,  
 at se dem tilwära i Dögd och Gudsfruktan. Wi uptätte ju icke nyligen så  
 snart war lust, at besöka flera Lärdoms-säten, som icke samma war begäran  
 swarare blef willfaren. Eder huldhet Min Herre, är dersför så mycket me-  
 ra priswärd, som hon är sällsynt, och mer än faderlig. Ty utom det Min  
 Herre emot Sine käre Söner warit en huld och ömsint Fader, så har jag  
 och njutit i Min Herres Hus, Barna-rätt. Eder Min Herre, tilskrif-  
 wer jag mitt tinneliga wäl. På eder beöfnad lägges dessa rader för en  
 öppen dag. Eder Min Herre, har jag at tacka för det öfriga, jag til mi-  
 na studiers föresättande använt. Eder wälgjörningar hafwa således sigit,  
 til den högd, som ej kan utfattas, och til det mål, som är aldeles önsfränkt.  
 Swad är då annat, än at wid blotta årshindran deraf, jag stannar i förun-  
 dran, och mina tankar öredas. Och som jag på intet sätt ser mig kunna  
 en så stor och margfallig Min Herres godhet aftjena, skal min bödn wara  
 til GUD den Högste, all godhets belöfnare, at Han wille sådant i sinom tid  
 wedergålla. HERren gjöre Min Herres lefnad säll, Des dagar många,  
 och låte ibland dem den dagen sent upgå, på hwilken Min Herres käre  
 Barn måge sakna i Honom en huld och ömsint Fader, och jag en Günstig  
 Gynnare. Under hwilken trogne önskan jag ständigt framleswer

Min Herr Patrons

ödmjuk- och ömsamste tjänare  
 ERIC HÖÖK.

DEAR SIR.

The desire of happiness is common to all mortals,  
 though they differ very much in the means of  
 gaining the same. If we follow the humane under-  
 standing, it shews no other way, but that of vertues,  
 which the natural law hath pointed out. Now though  
 the men don't want power to see the connexion bet-  
 ween the true happiness and the vertue, yet there is  
 nothing in which our weakness more can be seen,  
 than therein, that they nevertheless do toun to  
 many false roads, being at last of that thought, as if  
 the natural law was an obstacle against their happi-  
 ness. But as all these do meet at the end in our unhap-  
 piness, every body findeth, how necessary it will be,  
 that the Practical Sciences more diligently are culti-  
 vated, as giving the best remedy against all those  
 sicknesses. This is besides so much more necessary  
 in our times, when the wickedness hath got all free-  
 dom, and the greatest part of mankind findeth de-  
 light in corrupted manners. This all, Sir, you most  
 clearly expose in this very learned work. If a no-  
 ble mind could hear his own praise, I would be glad  
 to lay hold of this opportunity to enumerate your  
 great qualitys, and the praises which all, that know  
 you,

you, with all right heap upon you. But I do pass over them all, and only congratulate you, Sir, of all my heart to well finished Academick labours, and to the laurels, to which for a good while ago you have been very wortby, and with which soon with so much greater honour we shall see your head adorned. May the Almighty make your days so happy as many, and let you reach that scope, at which you so eagerly have aimed. Would the LORD put me in that condition, that it was in my power to be you, Sir, to any service, it would be my greatest joy and pleasure, to give you marks of my esteem for you, and of that duty, which a Scholar, that many years hath feeled the tender care of a fidel Master ought to pay to the same. I am

DEAR SIR

your most humble servant  
NICOLAS CLAYHILLS.

PROOE-



PROOEMIUM.



Uemadmodum vicissitudo est omnium rerum, nihilque omnino in rebus humanis fixum ita & stabile deprehenditur, ut sua eidem non constet alterna perpetim mutatio: ita artes quoque & scientiæ, *κειμήλια* illa ingenii humani præstantissima, & quibus ceu in apice longissime alias emicat vis ejusdem præcipua, suas habent periodos & revolutiones, quibus per incrementa aut decremента varia, suum aut ortum, aut apicem summum, aut occasum denique, propius spectant. Stupet adhuc eruditus orbis ad barbariem universalem, per regiones quasque, etiam cutissimas olim, grassantem perdiu, sibi que jam, post renatas sensim feliciterque litteras, florem præsentem reipublicæ litterariæ in sinu  
A gratu-

gratulatur, utque porro perennis sit atque permaneat idem, identidem vovet atque exoptat. Vovet, inquam, & exoptat: nam tametsi ad fastigium illud proventa jam videatur, unde deturbari facile nequeat, quamvis ad istam magnitudinem accreverit, ut ipsa mole sua jam laborare incipiat, & licet ætatem omnem ferre videantur vestigia, litterarum monumentis consignata identidem, & ubique jam obvia: quamdiu tamen flos iste metiendus est non ex nuda copia instrumentorum & subsidiorum, sed ex conditione civium & cultorum, qui usum inde facere debent; ipsique homines, reipublicæ hujus cives & incolæ, viva sunt artium quarumcunque & scientiarum fulcra pariter atque conditoria, cum quibus respublica ista stat & cadit, schesinque & habitum progenio eorundem diverso induit alium atque alium, plethoricum, scorbaticum, cachecticum, vegetum & robustum: secure nimis heic dormire non debet bonus quisque Homerus. Habet quodque seculum suum genium, qualiaque fata experta est subinde litteratura atque eruditio universa, eadem quoque manent scientias atque disciplinas singulas. Excussimus jam pridem superstitionis jugum illud, quod barbariem dictam partu infelici enixerat, saltem qua partem ejus maximam; sed tolle religionem, tolle moralitatem omnem, ut recentiori hac nostra ætate adnisi sunt, sed irrito hætenus per Divinam gratiam conatu, longe plurimi, & habebis de ipso facto vesaniam omni barbarie

barie superiorem. Est omnibus disciplinis suum pretium intrinsecum, sed est hæc quoque ingenii humani angustia, ut per omnia ex æquo semet diffundere simul nequeat, eaque imbecillitas, ut quo nos fata & occasiones rerum tractandarum vel gerendarum trahant, lubenter sequamur. Quod uni rei impenditur studium, necessario subtrahendum est alteri, tanto quidem longius, quanto magis curam & attentionem nostram intendimus in illam, multumque & longe plurimum hac ex parte indulgemus communiter genio seculi. Quare laudandi præcipue sunt, memoriaque cumprimis excitanda est eorum, qui nutantem hac vel illa parte aciem erigere strenue, aut de novo etiam instruere adlaborarunt, maxime si præsentissimo & maximo generis humani aut societatis emolumento id factum fuerit. Horum quidem in numerum quandoquidem suo quodam jure maximo referendus est Socrates, quem ob egregia olim in omnem Philosophiam, tum vero præcipue in moralem, merita, eximie semper prædicavit Græcia & universa antiquitas: non abs re videbitur, occasione loci Ciceroniani illius, ad frontem dissertationis hujus a nobis jam adducti, consilium atque institutum illud Socratis meditatione qualicunque prosequi, visuri, num inde in rem quoque nostram, vel exempli loco, aliquid redeat, quod tuto libenterque sequamur.

SECTIO I.

*Status rerum & reipublicæ Atheniensium So-  
cratis ætate.*

§. 1. ERat autem Socrates patria Atheniensis, quam urbem, opibus, potentia, & gloria jam tum abundantem, sua nativitate illustravit celebrioremque reddidit anno 4. Olymp. LXXVII. (quemadmodum ex Apollodoro & Demetrio Phaleræo diserte statuit Diogenes Laertius de vita Philof. L. II. pag. 117. edit. Casaub. 1615. 8:vo) bien- nio postquam Themistocles prodicionis accusatus abijisset ad Persas, undecimo autem post infaustam Xerxis irruptionem in Græciam, h. e. annis ante- Christum CCCCLXVIII. secundum computum Dion. Petavii ration. temp. P. I. Libr. III. c. 8, 6, 5. Mortem subiit septuagenarius anno 1. Olymp. XCV. ut ex Demetrio Phaleræo Laertius l. c. & ex Marm. Arundell. evincit. Stanlejus Hist. Philof. P. III. c. 1. & 12. quarto anno aut quinto, post- quam captæ a Lysandro & Lacedæmoniis essent Athenæ, finisque sic impositus bello diuturno & exitiali Peloponnesiaco XXVII. annorum. Vid. Petav. c. 1. c. 9.

§. 2. Florentibus adeo maxime Atheniensium rebus florentissimam quoque suam transegit æta- tem Socrates, coætaneus fere Pericli, Thucydidi, Alcibiadi, illustribus viris; nutantibus vero & in pejora

pejora ruentibus indies illis, provectiorem atque declivem. Ita nempe se habent res mortalium, ut cum ad *apex* pervenerint, metuendum sit præcipi- tium; ita quoque invigilat iisdem summus rerum Stator, ut cuique periodo suos mature concedat Atlantes, qui vim malorum impendentem susti- neant, aut medicinam etiam incumbenti eidem faciant. Quod quidem in Socrate nostro verissi- mum esse deprehendet, quisquis istorum tempo- rum rationes recte inierit.

§. 3. Devictis namque nuper Persis iteratis vicibus, postquam rerum omnium copia & opu- lentia abundare, viribusque pollere cœpissent A- thenienses, in fastigio quasi summo jam constitu- tos lascivia omnis generis & petulantia corripuit totos, eosque superbia, avaritia, luxus, volupta- tumque innumera genera invasere, quibus pri- mum flos omnis juventutis se dicavit, mox & po- pulus ipse mollitie corruptus socordix & temerita- ti cessit. *Reversis*, inquit Plut. in Arist. c. 44. *in urbem Atheniensibus, cum videret Aristides armis jam valentibus, & ob victorias partas altos ducentibus spi- ritus, vi resisti non posse; decretum fecit, quo admi- nistrationem reipublicæ omnibus communem: magistra- tusque ex omnibus creari Atheniensibus scivit. Idem publicorum redituum procurator bis constitutus, non alios tantum sui temporis, sed & qui ante ipsum fuissent magistratus, multa peculatos ostendit, maxime autem Themistoclem, ut refert Plut. c. 1.*



cap. 8. caussam reddens in Themist. cap. 8. *Quærenda*, inquit, pecunie studium ejus intentius nonnulli liberalitatis nomine excusant: quippe virum sacra frequentem facientem, splendidumque in accipiendis hospitibus, magnis opus habuisse sumtibus. De luxu Pausaniæ vid. Nep. IV: 3. De Alcibiade Nep. VII: 11. cum Athenis splendidissima civitate natus esset, omnes Athenienses splendore & dignitate vitæ superavit. Add. Plut. in Alcib. c. 26. & cfr. Xenoph. memor. Socr. L. I. cap. 5. & 7. De Charete ex Theopompo Athenæus Deipnosoph. L. XII. c. 15. cum segnis esset ac tardus, atque ad delicias viveret, militares tibicinas circumducebat, saltatricesque & amicas pedestres, pecuniasque in stipendia militaria parata, in res hujusmodi absumebat. Quas res Atheniensis populus nequaquam graviter tulit, verum ob res ejusmodi eum magis dilexit ceteris civibus, atque id quidem merito. Nam & ipsi rationem hanc vivendi observabant, ut juniores in tibicinarum Gymnasiis, & apud amicas sapius versarentur. Paulo vero seniores inter aleas ac res hujusmodi lasciviæ exercebantur. Civitas plura in communia convivia, carniūque distributionem absumere consuevit, quam in civitatis ipsius administrationem. Pericles etiam, quem tamen constabat nulla dona accipere, nulla pecunia corrumpi posse, test. Plut. in vit. c. 33. cum a Cimone divitiis atque pecuniis vinceretur, nec tamen munificentia & liberalitate in populum eidem vellet cedere, ad publicorum bonorum divisionem animum adjecit, capturūque ex arario, præmiis judiciorum, aliisque

que mercedibus & emolumentis multitudinem illexit, & ad suam caussam adjunxit, asserentibus hinc multis, primum sub Pericle populum, cum ante temperanter vixisset, ac suis quisque laboribus terram coluisset, ad divisionem agrorum, ac pecunie publicæ mercedisque distributionem, & ad luxum intemperantiamque traductum fuisse. Ibid. c. 17. & 18. Sub ipso etiam ea magnificentia publicarum ædium & operum, apparatusque huc spectantium exsplenduerunt Athenæ, ut infamia laborare ac male audire cœperint, quod communes Græciæ opes, ad se e Delo translatas, huic rei impenderent, ibid. c. 24. Tum vero etiam robore suo atque fortuna adeo animas efferebant, ut de Ægypto iterum tentanda, invadendisque regis urbibus impetuose cogitarent. Multos quoque jam tum infelix illa Sicilia cupido inceserat, quam postea temporis Alcibiades cum suæ factionis Oratoribus inflammavit. Somniabant etiam Etruriam nonnulli & Carthaginiem: & ut sperarent aliquid, potentiæ præsentis moles, successusque rerum secundus faciebat. Ibid. c. 40.

§. 4. Accedebat perturbatus reipublicæ status, & forma regiminis genio populari, laxo illo, lascivo, & petulanti, ad satietatem usque accommodata. Utebantur Athenienses libertate exoptatissima, sed quæ properatis passibus pridem degeneraverat in licentiam. *Athenæ* quum florerent equis legibus, inquit Phædrus, aureus ille scriptor, Libr. I. fab. 3. Procax libertas civitatem miscuit, Frenumque

8 ) 3 ( 8

que solvit *pristinum licentia*. Viguerat olim Athenis regium imperium, inde a Cecrope, primo eorum conditore, usque ad Codrum, regem ultimum, per annos admodum CCCCLXXXVII. quemadmodum ex Castore antiquo Chronographo computat Eusebius in Chronicis. Cfr. Petavii rat. temp. P. I. L. I. c. 4. P. II. L. II. c. 8.: sed moderatum plerumque & patriæ potestati proximum; nequaquam absolutum & despoticum, sed legibus & consensu populi temperatum. Enimvero postquam morte Codri spontanea, eademque gloriosa admodum, annis circiter CCC. ante primam Olympiadem, MLXXX. ante C. N. regia potestas atque dignitas desisset, mutata sic antiquissima regiminis forma, sensim sensimque optimates inter & popularem turbam de summa potestate lites exortæ sunt perpetuæ, quarum is tandem eventus erat, ut substitutis per spatium annorum CCCXVI. Archontibus *perpetuis*, qui per totam vitam; deinde spatio annorum LXX. *decennialibus*, qui per decennium; tandemque inde ab Olymp. XXIV. *annis novem viralibus*, qui nonnisi per annum Magistratus curam gererent (Vell. Patere. L. I. c. 2. & 8. & Petav. c. 1.): ex Aristocratica forma in Democraticam pedetentim primo & per gradus, mox etiam cum impetu rueret rerum summa. Postquam enim Solon, latis a se novis legibus circa Olymp. XLVI. novaque tum quoque constituta reipublicæ forma, quod a tergo erat mali & incommodi haud æque pervidens, statum popularem

haud

4

8 ) 9 ( 8

haud leviter firmasset (vid. Plut. in Solone c. 26. & Aristot. Polit. Libr. II. c. 12.): inde jam unusquisque eorum, qui apud plebem posse volebant, aut ab eadem etiam sibi metuebant, populi vim adaugere continuo perseverarunt; quemadmodum vel imprimis fecerunt Clistenes, circa Ol. LXVIII. de potentatu per factiones contendens cum Isagora optimatum fautore (Herod. L. V. p. 137. ed. Steph.), Aristides post victoriam ad Plataeas (Plut. in vita c. 44.); atque Socratis nostri ætate Pericles (Plut. in vita c. 18. & 23.), quem quidem, ut vivus cuncta miscuerat, auctorque exstiterat belli Peloponnesiaci (Plut. c. 53. seqq.) ita peste etiam Ol. LXXXVII. extinctum turbulenta admodum tempora subsecuta sunt, usque dum Athenis per Lyfandrum captis Ol. XCIII. triginta tyranni constituerentur, servitute urbem tenentes oppressam. Quibus post triennium a Thrasybulo expulsis, reipublicæ procuratio aliquanto post, abrogatis etiam Decemviris, populo postliminio reddita fuit. Vid. Plut. in Lyf. c. 28. Nep. in Thrasyb. c. 1. & Xenoph. Hist. Gr. L. II. sub fin.

§. 5. Nec mirum videbitur, si formam potestatis hujus popularis propius intuemur, *tanquam tyranno*, ut hac in causa exprimit se Aristot. c. 1. *gratificatos populo* fuisse omnes in omnibus. Erat nempe *Senatus Maximus* D. Virorum, ex quibus *Prytanes* qui dicebantur, & summæ auctoritatis *Epistata*, per vices eidem præsidebant, ad quem

B  
refere-

referebatur cura rerum omnium, quæ ad rempublicam pertinebant, belli & pacis, fœderum, redituum, magistratum, sacrorum, &c. Sed summæ tamen rerum præerat cœtus universi populi, ad *Concionem* quater ordinarie singulis Prytaneis h. e. spatio quinque hebdomadum, extraordinarie vero pro re nata, quoties opus videbatur, convocandus, nec ejus absque consensu ratum firmumque habebatur quidquam. Ad hanc vero concionem accessus patuit civi cuique, etiam infimo & cujuscunque conditionis, pœna etiam irrogata iis, qui aberant; cuique item pro lubitu in medium heic consulere, & suffragium ferre licebat. Deinde Magistratus iste erat annuus duntaxat, Senatoresque novi quotannis sorte eligebantur a populo, in X. tribus distributo, quarum quælibet L. designabat ex eorum numero, qui sponte sua huc semet obtulissent. Cuique enim civi, dummodo XXX. annorum non esset minor, hoc munus ambiendi jus habebat, ex decreto quidem Aristidis Plut. in vita c. 44. Tandem vero etiam infimi quique ex populo absque discrimine admissi sunt ad *Judicia publica* administranda, quorum plura genera Athenis erant præter Senatum, sed forte pariter ut plurimum eligendi. *Quod etsi initio nullius momenti videbatur, tamen per magnum esse postmodum apparuit, quod pleræque controversiæ ad iudices deferebantur.* Nam & quarum causarum iudicia Magistratibus, h. e. Senatui, tribuebantur, earum concedebatur iis, qui vellent, a Magistratibus ad  
Judi-

*Judices provocatio:* Plut. in Solon. c. 26. Equidem exemptus populari iudicio atque potestate videbatur *Senatus Areopagiticus*, quem *inspectorem omnium custodemque legum* esse voluit Solon, maximæ utique auctoritatis per totam Græciam: in quem quippe, qui se in magistratibus annuis obeundis probassent, soli cooptabantur ex instituto Solonis. Sed ea propter imminuta quoque ejus auctoritas est per Periclem, qui populi auxilio Senatum istum factione sua vicit, effecitque opera Ephialtis, ut ei major pars iudiciorum adimeretur. Plut. in Solon. c. 28. Pericl. c. 18. Quid multis? *Populum Atheniensem omnium rerum, quæ sint in civitate, dominum esse, eundemque pro arbitrato de iis statuere posse* a parte testatur Demosthenes orat. contra Næream p. 529. Apposite igitur Socrates Alcibiadem, juvenem adhuc & in populi concionem prodire vehementer metuentem, confidentiorem redditurus, *annon, inquit, sutorem illum (adjecto nomine) nibilipendis?* Annuente Alcibiade, Socrates perrexit, *annon etiam illum, qui in circulis præconia exercet, aut etiam tentoriorum sutorem illum?* Fatente id Alcibiade, *nonne, inquit, hi sunt, ex quibus constat est populus Atheniensis? Quare si singulos contemnis, contemnendi tibi sunt etiam, si una sunt congregati.* Ælian. Var. Hist. L. II. c. 1. cfr. pluribus Sigon. de rep. Athen. Charpent. vit. Socr. c. 24. & Rollin hist. ancienn. T. IV. p. 403. seqq.

§. 6. Hic jam fons erat malorum præcipuus  
B 2 apud

apud Athenienses, unde calamitates omnes tam internæ, quam externæ, scaturigine ampla profluxerunt. Piget hic recensere factionum concertationes, partiumque studia, & conversiones rerum, hic, si alias uspiam, frequentissimas sane & longe maximas, quarum & aliquas jam tetigimus §. 3. & 4. Piget recensere artes technasque varias, quibus partium hæc studia, factionumque concertationes fovebantur, vel pro lubitu cujusque excitabantur. Populum qui novit, inconstantem & variarium, sed suo genio suisque cupiditatibus & affectibus indulgentem nimis, eundemque invidum & suspicacem, qui speciem admittit facile, sed ad veritatis arcem raro penetrat, ut qui scientia & cognitione rerum debita neque instructus est fatis, neque moribus ut decet formatus: is totam scenam tenet. Missis ceteris artificiis quibusque, prout quisque facundia & dicendi vi maxima rem suam exornare poterat, & in utramque partem pro re nata volvere, tanto magis clavem is possidebat eorum obtinendorum omnium, quæ cupiebat. Novit ista ad unguem Pisistratus, tyrannidem occupaturus; noverant Themistocles & Pericles, primas sibi partes in republica asserturi. Plut. in Sol. c. 50. seqq. in Pericl. c. 7. 14. 15. & 17. Cic. de Orat. L. 3. c. 34. Quorum hic, facundia sua maxima, & ad artem dicendi translato, quicquid e Philosophia didicerat, ita versatus est in republica per XL. annos, ut summotis fractisque æmulis, verbo quidem populare, re ipsa unius principis  
viri

viri fuerit imperium. Rhetorum ideo atque Sophistarum hanc in rem ingens numerus, sed non optimæ semper notæ, Athenis semet sustentavit, qui, ceu Demagogi & concitores multitudinis, tribunitio spiritu quodam in concionibus atque iudiciis ubique perorabant, rei que sive justæ sive injustæ suam collocabant operam, *clamatores* ideo ad *clepsydram* (a) *latrantes* dicti Ciceroni l. c. Expertus est ista omnia suo cum vitæ dispendio Socrates, quando ad injustas criminationes atque machinationes Anyti, Meliti & Lyconis, impietatis & corruptelarum publicarum condemnatus, cicutam bibere coactus fuit, cujus rei historiam uberius expositam vid. Cic. de Orat. L. I. c. 54. Charpent. vit. Soer. c. 26. - 29. Stanleij. Hist. Ph. P. III. c. 12. Bruck. Hist. crit. Philos. T. I. p. 549. seqq.

B 3

§. 7. Re-

---

(a) *Causas orantibus in iudiciis tempus ad dicendum concedi a iudicibus solebat, pro conditione causarum nunc amplius, nunc brevius, cui determinando Clepsydra inserviebat, quibus aqua per præfectum huius rei peculiarem infundebatur, mox profluxura, & furtim quasi semet subductura, unde & nomen acceperunt. A κλέψω enim & ἵδαω composita vox est. Fabr. Thesaur. erud. Scholast. in Clepsydra & Bos. Ant. Gr. P. II. c. 13. §. 11. 12.*

§. 7. Recte itaque Isocrates apud Ælian. var. hist. L. XII. c. 52. *Athenas dixit transeuntibus jucundas esse, incolentibus periculosas.* Quid enim non audet vulgus, sibi redditus, & ubi quidquid libet, licet? calumniis & injuriis impetitus atque laceffitus Socrates, veluti cum calce a quodam, ab alio colapho, esset perculsus, patienter ubique tulit, Laert. L. II. p. m. 102. Sen. de Ira L. III. c. II. at vero Critoni, homini philosopho & ingenio ab altercandi studio alienissimo, sed a multis obruto, quos minime omnium offendisset, consilium dedit, ut similis cum adversariis ingenii hominem turbulentum atque irrequietem sibi adjungeret, cujus ope aliorum injurias depelleret, quo facto liber etiam ab insultibus hominum male sanorum permanfit, Xenoph. mem. Socr. L. II. c. 10. De Pericle, in foro conviciis & opprobriis impetito a quodam impuro & impudico homine, totumque diem eum sustinente, vid. Plut. in vit. c. 8. Neque minus effreni huic licentiæ habenas laxarunt Comici & Poëtæ, honestum quemque & bene meritum laceffentes pro luitu, & tradentes publice, populi gratiam sic initari. Ita Aristophanes, Comicus ille nostra ætate superstes, nec incelebris, comœdiam, *Nubes* inscriptam, in theatro publice exhibuit, ære ad id conductus, in qua contra fas omne Socratem nostrum ceu veteratorem nequissimum, hominemque scelestissimum depingebat & exagitabat; quem tamen ea patientia & modestia excepit Noster, ut tametsi hujusmodi ludis raro interesset, præsentem

tem tamen se tum hilari omnibus vultu sifferet. *Tantum*, inquit Ælian. var. Hist. II: 13. *in Socrate fuit virium & ad contemnendam Comœdiam illam, & Athenienses ipsos.* Quid enim, ut Plut. habet Pericl. c. 30. *attinet admirari homines, instituto vitæ Satyricos, quique obtreffationes potentium* (aut quacunque re illustrium) *invidia vulgi, tanquam malo alicui genio, consecrare solent.* Factum id fuit Athenis tota die, omni loco & tempore, nec ulla facile res, sive publica sive privata, intacta iisdem relicta fuit, ut quidem ex historia istorum temporum abunde liquet. At non satis tamen erat, quod famæ cujusque impune sic insultare liceret, quin fortunarum quoque facultatumque, immo vitæ etiam jactura, saltem per ostracismum exsilium decem annorum metuendum esset. Socratis, viri laudatissimi & de republica Atheniensium immortaliter meriti, quæ fuerint fata, supra jam diximus. Miltiades, at quantus vir! in vinculis diem obiit supremum: *maluit nempe populus eum innoxium plecti, quam se diutius esse in timore.* Nep. I: 5. Quos avus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem Timotheus nepos, cum summa ignomia familiæ, ex sua re familiari reficere coactus est, Nep. XIII: 4. Phocion, *Bonus* qui cognominatus erat, ad mortis supplicium ductus, illacrymanti Emphyleto, *quod indigna perpetieretur*, reposuit: *at non inopinata, hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienses,* Nep. XIX: 4. Propter eandem hanc invidiam omnes fere

fere principes aberant Athenis, quantum poterant. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo, Nep. XII: 3. Et Pericles, adolescens dum esset, valde metuit populum: videbatur enim forma & voce Pisistratum tyrannum repræsentare; itaque ostracismum timens, rempublicam ne attingebat quidem, ut refert Plut. in vit. c. II. Licet enim citra ullam infamiam aut jacturam bonorum, ostracismo cautum tantummodo esset, ne unius potentia aut celebritas in tyrannidem prorumperet. At levibus tamen de causis & summa sæpissime cum iniquitate viris clarissimis & optime meritis hoc malum injunctum fuit. Ita quidem Aristides, quod Justus cognomen meruisset, Nep. III: Damon, Periclis magister, quod nimium sapere putaretur, Plut. Arist. c. 3; Themistocles, Cimon, Thucydides, & qui non, eo modo solum jussi sunt vertere. De Hyperbolo, homine improbo & famæ deperditæ, cujus opera populus crebro utebatur, si dignitate & auctoritate conspicuos viros contumelia afficere & calumniis impetere vellet, jamque a populo summissa, ut ostracismum Alcibiadi aut Niciæ inferret, sed horum juncta opera deluso, ita, ut in auctorem ostracismus converteretur, vid. Plut. in Alcib. c. 20.